10 *Repetitio qualiter ſit facienda, & ex quibus verbis inducatur.*
11 *Repetitio excluditur ob tres cauſas.*
12 *Repetitionis natura eſt, vt repetat qualitates antecedentes.*
13 *Relatio ſemper videtur facta cum omnibus ſuis qualitatibus.*
14 *Relationis natura eſt patentis veritatis.*
15 *Quod continetur in termino relato, continetur in termino referente.*
16 *Maſculinitatis clauſula cenſetur repetita in ſequentibus.*
17 *Teſtator qui in vna parte teſtamenti, fecit mentionem de filijs naturalibus, cenſetur in reliquis clauſulis, idem feciſſe.*
18 *Doctores pro prima opinione referuntur.*
19 *Præcedentia, declarant ſequentia.*
20 *Vna clauſula declarat aliam.*
21 *Teſtator videtur excludere fœminas vlterioris gradus quando proximas excluſit.*
22 *Lex. Caio de alimentis, & cibarijs legatis, declaratur.*
23 *Legatum cenſetur translatum cum onere ſuo.*
24 *Contraria opinio refertur, quod fœminæ non cenſeantur excluſæ.*
25 *Teſtator non præſumitur cogitaſſe de maſculis, quando illud omiſit.*
26 *Incluſio vnius caſus eſt excluſio alterius.*
27 *Verba teſtatoris in dubio ſunt referenda, ad iuris communis intellectum.*
28 *Fœminæ ſunt capaces ſucceſſionis, & maioratus, & ex præſumptionibus non ſunt excludendæ.*
29 *Repetitio non datur, contra ius commune, in materia excluſiua fœminarum.*
30 *Prohibitio alienationis contra ius commune, non extenditur.*
31 *Lex ſub conditione, ff. de hæredibus, inſtit. declaratur.*
32 *Conditio appoſita in inſtitutione, non cenſetur repetita, in ſubſtitutione.*
33 *Maſculinitatis non cenſetur repetita clauſula.*
34 *Lex, quæ conditio. ff. de conditionibus, & demonſtrationibus, declaratur.*
35 *Caſus de facto refertur circa prouiſionem Capellaniæ, oppidi de Villa-Robledo.*
36 *Teſtator ſemper cenſetur diligere ſuos conſanguineos.*
37 *Proximitas gradus vel maior coniunctio perſonarum, conſideranda ſit in prouiſione Capellaniæ.*
38 *Conſanguineus qui eſt in ſecundo gradu, cum quarto, & alter qui eſt in tertio, cum quarto, ſunt in eodem gradu, quia computatio ſit à remotiori.*
39 *Conſanguineis vocatis, abſq; gradus mentione, præfertur, qui eſt magis coniunctus.*
40 *Conſanguinitatis maioris coniunctio, eſt conſideranda.*
41 *Computatio de iure Canonico, & Ciuili, quando conſideratur.*
42 *Caſus de facto refertur circa prouiſionem Capellaniæ.*
43 *Conſanguineis vocatis, intelligitur de proximioribus, etiam ſi non ſit expreſſum.*
44 *Diſpoſitum præſumitur, quod teſtator diſpoſuiſſet ſi de eo caſu fuiſſet interrogatus.*
45 *Conſanguineus propinquus cenſetur magis dilectus.*
46 *Iudex naturalem rationem, ſemper inquirere debet.*
47 *Interpretatio quæ fit per punctum rationis, dicitur neceſſaria, & oſtenditur magis ratione, quàm verbis.*
48 *Caſus omiſſus à teſtatore habetur pro expreſſo ſubſiſtente eadem ratione.*
49 *Coniunctio ſanguinis mouet teſtatorem ad legandum.*
50 *Teſtator magis videtur diligere conſanguineos, quàm extraneos, & proximiorem, quàm remotum.*
51 *Legatum relictum conſanguineo pauperi, magis videtur relictum contemplatione ſanguinis, quàm pietatis.*
52 *Legatum relictum vni pauperi conſanguineo de familia, ſi duo concurrant, vnus magis propinquus, alter magis pauper, debetur magis propinquo.*
53 *Cauſa accidentalis non debet præcedere naturalem.*
54 *Ratio naturalis præualet.*
55 *Conſanguineus proximior pauper, præfertur conſanguineo remotiori pauperiori.*
56 *Capellania eſt conferenda conſanguineo proximiori, licet patronus nominauerit remotiorem.*
57 *Verbum,* filius, *intelligitur de maſculis.*
58 *Lex. 3. §. filius. ff. de liberis & poſthumis, declaratur.*
59 *Lex. quæ conditio. ff. de conditioni. & demonſtrationibus declaratur.*
60 *Deſcendentium appellatione veniunt fœminæ. & aliquando maſculi, ſecundum ſubiectam materiam.*
61 *Fœmina quæ aſcendit ex filio maiori, præfertur maſculo alterius lineæ.*
62 *Linea vltimi poſſeſſoris præfertur cæteris, & non fit tranſitus ad aliam.*
63 *Origo rei conſideranda eſt.*
64 *Capitulum 1. de natura ſucceſſ. feudi, declaratur.*
65 *Fœminarum excluſio cenſetur facta propter maſculos eiuſdem lineæ.*
66 *Lex. 2. tit. 15. part. 2. declaratur.*
67 *Clauſula 29.* maioratus de Cifuentes, *declaratur.*
68 *Conditio ſi non habeat filios, verificatur, filio mortuo.*
69 *Subſtitutio alicui facta ſi ſine liberis deceſſerit, expirat vnico filio ſuperſtite.*
70 *Conditio ſemel extincta, non reuiuiſcit.*
71 *Subſtitutio ſemel extincta per natiuitatem*